

scilicet efficiens materialis formalis finalis
 poterunt inueniri. et in hac cas tribulatioes
 plus et minus conferunt tribulatioes. Si ergo
 tribulationes consideramus in hac cas efficien-
 tes tunc magna conquirimus merita si ab
 his qui nos odiunt inferuntur. maiora si ab
 his qui amici credebantur. maxima si a deo
 infligantur quia cum pena quam a deo sus-
 ferimus etiam timor de dei offensa nos cru-
 ciat vehementer. De primo dicitur. *Beati inimi-*
corum vulnera quia inimici sciuntur minus
offendunt vulneratos et iacula que presci-
tur minus ledunt. De secundo tanquam de ma-
 ioribus tribulationibus dicit dominus discipulis
 luc. xxi. *Trademini a parentibus et fratribus*
et cognatis et amicis. et ex vobis morte affici-
ent. quod exponens grece dicit. Quia mala
ingerunt que ab extraneis ingeruntur. plerumque
vero in nobis illa tormenta seuiunt que ab
his patimur. de quorum mentibus presu-
mebamus. quia cum dano corporis mala
nos cruciant amisse caritatis. De ambobus
 vero dicit dominus per psalmum. *Si inimicus meus*
maledixisset mihi sustinuissem utique et hoc
de primo. et sequitur Tu vero homo vnani-
mis et hoc de secundo. de tercio autem dicitur. i.
Re. ij. Si vir peccauerit in virum placari
potest ei deus. Si autem in dominum peccauerit
quis orabit pro eo. et idcirco tribulatio a do-
minu infligat quia dei offensam insinuat maxime
nos affligit. Si vero tribulatio consideretur
secundum causam materialem ut est in subie-
cto tunc magna est que in rebus. maior que
in corpore. maxima que in spiritu sustinetur.
 Si vero tribulationes considerentur secundum
 causam formalem. tunc magne sunt que pa-
 tientur maiores que libenter maxime quam gau-
 dentur propter dominum sufferuntur. et scilicet
 dum hoc ipsa merita etiam distinguuntur
 Si vero tribulationes considerentur secundum
 causam finalem tunc magne sunt que
 pro peccatorum satisfactione. maiores que
 pro premiorum cumulatione maxime que in re-
 compensationem passionis domini sufferantur.
 Pro satisfactione enim tribulationem
 sufferimus quando omnia que patimur in
 satisfactionem peccatorum que commisitimus
 ordinamus cupientes magis hic tempora

liter affligi quam grauius in futuro. maxime
 cum sciamus quod quantum in delicijs fuit
 tantum a nobis erigitur de tormentis et pro
 mensura peccati erit etiam modus plagaru
 Pro premiorum vero cumulatione tribula-
 tionem sufferimus hoc considerantes quod per
 multas tribulationes oportet nos introire
 in regnum dei. et illud apostoli. *Ad quod mo-*
mentaneum est et leue etc. Tertio vero in re-
 compensationem sufferimus tribulationes cum co-
 siderantes cumulum passionis deo in reco-
 pensationem cupimus similia retinere. ne
 improperetur nobis illud. i. *Re. xxiij. Non*
est qui vicem meam doceat. Quinto scilicet
 idem est quod igneum signans caritatem pro
 quam efficacissime sanctificamur testante
1. Cor. x. vbi dicitur. Erit sanctus eius in fla-
ma. Et si dicat. Qui sanctificari debet deo
hoc fieri oportet in flamma caritatis. Om-
nia enim prius habita non sanctificarent ho-
minem si caritas non adesset. de qua quia
multa dicta sunt. ut euitetur prolixitas sus-
ficiat hoc dixisse

XCVII

De eisdem sermo secundus

Congregate illi

sanctos eius psalmus. *Deus salutes*
nostram desiderans in huiusmodi
 bi exhortatione hoc a nobis erigit et requirit
 ut sanctis omnibus quorum hodie festiui-
 tas agitur nos per vitam sanctam conu-
 merare et congregare studeamus et hoc maxi-
 me placet deo in nobis desiderat ad imple-
 ri di. enim *Beati. Currite fratres quia non*
 solum sancti et angeli sed ipsorum creator et
 dominus cum omnis celestis curie frequen-
 tia nos desiderat et expectat. Nam si omnes
 sanctos sub vnam letaniam congregarem
 et nos per vitam reprobam disiungeremus
 talis congregatio domino non placeret. Nos
 ergo sanctos eius conuenienter congrega-
 bimus si sancti erimus sicut ipsi. **De**
 Sunt autem sex que in veteri testamento
 nobis preostensa sunt per que quelibet res
 diuino cultui ad apte sanctificabantur.
 scilicet per aque expiationem. ungenti com-
 positionem. olei unctionem. sanguinis asp-
 sionem. ignis concremationem. verborum

De

*Alte sermo in veritate
 scripta sunt*

prolationem. per ista sex res antiquitus san-
 ctificabantur et signant talia per que et nos
 possumus sanctificari. Primum ergo per quod
 facta est sanctificatio. est aqua expiationis. per
 propter quod numeri. xxi. dicitur aqua expiati-
 onis sanctificat et iterum ibidem. Qui aqua
 expiationis non est aspersus immundus est
 Per hanc aquam profunda pena cuius ve-
 ritatem attestantur lacrimae designatur que
 lacrimae tunc veraciter nos sanctificant. cum
 ex intima compunctione cordis vberim eas
 fundimus coram deo. Cum enim per singu-
 los fletus singula peccata obluimus. De
 placatus ad animam sic mundatam reuer-
 titur per cuius penitentiam sumus sancti. De his
 lacrimis duo dicantur scilicet de earum di-
 uersitate et utilitate. Diuersitatem autem tan-
 git iere. Tre. iij. Diuisiones aquarum dedu-
 xerunt oculi mei. quod exponens Greg. di-
 Diuersas quippe aquas ex oculis deducit
 quoniam singulis peccatis dispersitas lacrimas
 domus vel quoniam singulis damnis que ex peccatis
 incurrimus fletus singulos imprimunt. Ex
 peccatis namque anima nostra moritur. bona
 nostra perdimus. regnum celorum amitti-
 mus. deum offendimus. et ideo pro singulis
 his malis exhortamur lacrimas fundere in
 scriptura. Nam de morte anime plorando
 dicitur Je. vi. Luctus vniuersi fac tibi pla-
 ctum amarum. quia anima ex peccatis mor-
 tua que plus est nobis quam vniuersus ex la-
 crimis reuiuiscit. Item bona perdita resti-
 tuit lacrima. et ideo monemur Ecclesi. viij.
 flere cum dicitur Quasi vira passus incipe plo-
 rare. Item regnum celorum lacrimae restitunt
 et ideo dicitur nobis Esa. xxx. Plorans nequaquam
 plorabis quod reuera intelligi dicitur de regni
 celorum restitutione in quod cum introducimus
 nequaquam plorabimus quod sicut in apo. dicitur xxi.
 Abstergit deus omnem lacrimam etc. Item ex
 peccato deum offendimus que per lacrimas
 sui gratia placare possumus et quia eius of-
 fensa maximum malum est quod incurrimus
 et inter omnia damna grauissimum ideo
 ad hoc malum recuperandum maxime plora-
 re iubemur. Tre. ij. cur dicitur. Deduc quasi tor-
 rentem lacrimas per diem et noctem. nec des-
 requiem tibi nec taceat pupilla oculi tui. quod

ut ibidem dicitur. magna est velut mare petitio
 tua. imo super celum et terram mare et omnia
 que in eis sunt. et hec est contritio magna val-
 de ubi deum offensum perdimus qui cum per
 lacrimas nostras inebriatus facillime vin-
 citur et omnem offensam remittens placatus
 reuertitur. hinc est quod quibusdam ploranti-
 bus improperat Esa. xliij. cum dicitur. Elidite vi-
 ctimarum tuarum non inebriasti me. adipez vi-
 ctimarum vocans ipsas lacrimas que deus
 cogunt et vincunt ad omnem offensam et ini-
 iuriam remittendam. et hoc est quod ait au-
 gu. Quod foris lacrima vincis inuincibilem
 ligas omnipotentem. Omnia enim alia as-
 sectum habent supplicantis sola vero lacrima
 virtutem cogentis. Secundo dicitur de la-
 crimarum utilitate. Sunt autem tres
 effectus lacrimarum ut de multis pauca su-
 mamus. Primum enim impetrant remissio-
 nem peccatorum. secundo omnium petitionum
 exauditionem. tertio merentur consolatorum
 de primo dicitur ier. iij. In fletu venient et
 in misericordia reducam eos glossa. in fletu venient per
 peccatis supplicando et in misericordia reducam eos
 eadem peccata misericorditer ignoscendo et
 hoc est quod ait Judith. iij. Indulgentiam
 eius profusis lacrimis postulemus. Secun-
 do effectus lacrimarum omnium petitionum ex-
 auditio est. tante enim sunt virtutis et effica-
 cie ut deus se continere non valeat sed omnia
 saluti necessaria que in lacrimis et per lacri-
 mas postulantur concedit. hinc Tho. vij.
 Non dubito quin deus preces et lacrimas
 meas in conspectu suo admiserit. Item iij.
 Re. xxiij. Pro eo quod perterritus est cor tuum et
 fleuisti coram me ego exaudiui te et per. Ex-
 audiuit dominus vocem fletus mei. Tertio la-
 crime merentur consolationem. hinc Tho.
 iij. dicitur. Post lamentationem et fletum
 gaudium et exultationem infundis. Item
 Mat. v. Beati qui lugent quoniam ipsi consola-
 buntur. Secundo res sanctificabantur per
 vnguentum. Sic enim dicitur Cro. iij. Facies
 sancti vnguentum compositum sanctificabisque
 omnia et erunt sancta. per hoc vnguentum no-
 ua deuotio que post lacrimarum contritio-
 nem infunditur designatur. quod sic contingit.
 Cum enim deus per lacrimas victus pecca-

De lacrimis

ra dimittit statim spiritus sanctus conuertit spiritum nostrum ad aliud genus deuotionis in qua super sperat se veniam peccatorum consequatur et hoc est signum remissionis peccatorum. cuius remissionis tale accipimus argumentum. quia nequaquam ut nudius tertius cuius peccata possumus deplorare. et quod gratia dei ociosa esse non poterit conuertit deuotionem hominis in gratiarum actionem ut per his et alijs beneficijs gratias agat deo di. ex maxima admiratione illud **Re. viij.** Quis ego sum domine aut que domus patris mei. ut prestares mihi talia. et hec deuotio gratiarum actionis unguentum dicitur hic intentum De quo dicitur **Cant.** in odore unguentorum tuorum currimus et iterum. **Odor** unguentorum tuorum super omnia aromata. quod hec deuotio ceteras antecellit. De quo di. **berth.** Unguentum est de diuinis collatum humano generi beneficijs et subiungit. **Felix** qui ipsa studiose colligere et ante mentis sue oculos dignam gratiarum actionem reducere curat. profecto cum fuerint in vasculo pectoris crebra meditatae contusa. deinde igne sancti desiderij sicut decocta et demum impiguita oleo leticie. erit unctio longe preciosior priore. Tercio res diuino cultui apte sanctificabantur olei unctione. Sic enim dicitur **Exo. iij.** Quia unctionis oleo consecrabis. signans quia et nos qui celesti tabernaculo sumus eternaliter adaptandi post predicta debemus et nos oleo leticie consecrari. per oleum enim spirituale gaudij designatur sicut dicit **Esa. lxi.** Dabo tibi coronam pro cinere et oleum gaudij pro luctu et in ps. **Unxit** te deus oleo leticie. **R.** De oleo spiritualis gaudij est sciendum quod ad gaudium eius gustandum tria dulcissima confluunt scilicet dei presentia plena eius amicitia. celestis gaudij influentia et idcirco gaudij ex his tribus ineffabile anime generatur. de quo dicitur **Eccle. xxx.** Non est oblectamentum super cordis gaudij. **Item** puer. **xxi.** thesaurus desiderabilis est oleum in tabernaculo iusti et homo imprudens dissipabit illud. **Q.** autem dei presentia miram super modum faciat in anima delectationem dicitur. **ij. Macha. xv.** Presentia dei sunt magnifice delectari. Cum enim deus summa

sit delectatio ubique presens fuerit ex sui presentia odorem sue delectationis per totam domum anime spargit. **Hinc** **Johan.** **Odor** tuus domine excitauit in me concupiscentias eternas. **Verum** quia deus lux est ipso testante **Jhan. viij.** Ego sum lux mundi. de qua **Augusti.** **Deus** qui lux est illuminat pijs mentes. ut ea que diuina dicuntur vel ostenduntur intelligant. ideo non solum delectationem dat anime per sui presentiam sed cum hoc in lumine suo dat cognoscere ei plenam sui et perfectam amicitiam. de qua dicitur **Sap. viij.** In amicitia illius est delectatio bona de qua amicitia dicit **Augusti.** Sic mihi videtur cum miserationes eius et amicitias circa me attendo ut si fas est dicere quodammodo nihil agit deus nisi ut mee saluti provideat et quasi omnino oblitus sit et mihi soli vacare velit. cui consonat **Bernar.** Unum dico spiritualibus mirum quidem sed verum. animam deum videntem haud secus videre quam si sola videat ab eo. **Tercia** delectatio in celestis gaudij consistit influentia. **Ibi** enim gustat celestium bonorum quasi quasdam guttulas. de quo gustu dicitur **Exo.** Gustus eius quasi similia cum melle. de quo dicit **Sapientie. xvi.** Bene disposuisti populum tuum cui dedisti concupiscentiam delectationem tui nouum saporem et his gustatis desipit omnis caro. hoc est gustatis his bonis omnia terrena et carnalia de cetero non curantur. et hoc est quod dominus **leui. xvi.** dicit. Superuenientibus nouis vetera proijcietis et donec noua nascantur vetera edetis. quia necesse est quamdiu de spiritu nihil gustamus terrena nobis per indulgentiam concedantur. gustatis autem spiritualibus carnalia contemnantur. **Hinc** **grego.** Dulce est esse in humanis rebus sed ei qui ad huc de celestibus gaudijs non gustauit. quod quanto minus eterna intelligit tanto delectabilius in temporalibus requiescit at si quosiam cordis ore gustauit que sit illa dulcedo celestium premiorum quanto illud dulce sit quod intus videt tanto in amaritudinem vertitur omne quod foris sustinet. **Ex** his tribus dulcissimis delectationibus

Simul iunctis vna surgit ineffabilis: & super
 dulcissima delectatio. p. quā anima inebria
 ra iubilat & exultat. i. extra se saltat & bene ex
 tra se saltatio ibi erit. quia nihil in sensibus
 humane miserie ibi remanebit. Item bene
 extra saltatio erit exprimens in motu corpo
 ris quod voce non poterit explicare. & hoc p.
 prie vocamus iubilum. de quo ps. Beatus
 populus qui scit iubilationem. Notabiliter
 autem dicit scit: non qui loquitur. non qui
 audit sed qui scit per experientiam. quia sci
 ri quidem per intellectum iubilatio potest
 sed dictu exprimi non potest. Quem iubilū
 describit Gregorius dicens. Jubilum dici
 mus quando ineffabile gaudium mente cō
 cipitur quod nec abscondi possit nec sermo
 nibus aperiri. & tamen quibusdam monito
 proditur quamuis nullis proprietatib⁹ ex
 primatur. sentitur quippe ibi quod ultra sen
 sum est. & cum vix ad hoc contemplandum
 sufficiat conscientia sentientis. quomodo
 ad hoc exprimendum sufficiet lingua dicen
 tis? Est etiam sciendum q. hęc tres tele
 crationes que in spiritali gaudio conflunt
 iuste per oleum designantur propter tres p.
 prietates in oleo repertas. Habet em̄ oleū
 odoris fortitudinem. nitoris pulcritudine
 vinctuositas pinguedinem. per primū odo
 rat dei presentiam. per secundum cogno
 scit dei asciciam. per terciū gustat celestium
 bonorum influentiam. Quarto sanctifica
 tio i veteri testamēto per sanguinē continge
 bat. vnde leuit. dicitur. Iningat sacerdos
 digitum in sanguinem & aspergat contra al
 tare & erit sanctū. per hunc sanguinem mar
 tirium quo in primitia ecclesia se dño san
 ctificabant potest intelligi competenter. Ve
 rum quia in pace iam vivit ecclesia. vt per
 effusionem sanguinis iam pauci sanctificen
 tur. ideo querēda sunt alia exercitioꝝ genera
 que coram deo pro martirio computentur.
 ¶ Propter quod sciendum q. sunt
 tres radices merende. s. res corpus & anima
 quod in singulis istis difficilimum est & su
 premū illud p. martirio computatur. Diffi
 cilimum autē qd. de rebus dño possumus ex
 hibere. ē oim bonoꝝ plēa & integra denudatō. &
 ideo qui in hoc victoꝝ extiterit & om̄s diuini

¶ 3. radices merende

as mundi pfecte reliquerit induens se tenu
 issima paupertate talis paupertas marti
 rio equipollet. in cuius signum Mathei. v.
 deus pauperibus & martiribus idem p̄miū
 s. regnum celorum pollicetur. dāns p. hoc
 intelligi vt sicut amboꝝ vnū est p̄miū sic
 amboꝝ martirium equipollet. hinc bern.
 Vere martiriū genus est voluntaria pauper
 tas. quid em̄ mirabilius aut quod martiriū
 grauius. quā inter epulas esurire inter ve
 stes preciosas algere. paupertate p̄mi. Se
 cundum exercitium in corpore & de corpore
 exhibetur. difficilimū autē corporis obsequiū
 martirio iterum equipollet. & hoc consistit in
 quotidiana corporis afflictione vt p. dura
 & aspa exercitia sanguinē extraham⁹ d. corpe
 quē. sel. p. vulnera gladij extrahere dberem⁹
 sicut de quodam dicitur. iij. Re. Effudit
 sanguinem belli in pace. Hoc martirio ma
 crabar se quotidie ps. cum dicebat. Quā. p.
 pter te mortificamur tota dei. & ap. quotti
 die morior. ppter gloriā vestraꝝ fratres. hinc
 greg. Habet pars nostra martirium suum qz
 & si carnis colla ferro non subdamus. spūa
 li tñ gladio carnalia desideria trucidamus
 nemini em̄ iā di. deus pro me morere. sed tñ
 in te carnalia desideria occide. Hinc bern.
 Dñs dñs infirmis & pusillis corde prouidit.
 vt quem semel ponere p. christo nō susci
 ficiunt saltem mitiori & diuturniori marti
 rio sanguinem fundant. Tercium exercitiū
 deo de anima exhibemus. cuius difficilimū
 iterum martirio equipollet. Difficilimum
 autem exercitiū anime est dilectio inimicoꝝ
 rum & circa odientes & persequentes affici ex
 affectu. qd. saluator ammonuit di. Diligite
 inimicos vestros benefacite his qui vos ode
 runt & orate. p. persequentibus & calūnian
 tibus vos. Verum quia in ore trium testū
 stat omne verbū. ideo in p̄dicis verbis sal
 uator posuit tres testes. s. cor. os. & opus.
 Cor vt eos amemus. lingua vt pro eis ore
 mus. opus vt eis auxilia exhibeamus. vt cū
 sit difficile inimicum diligere. eius diffi
 cultas his tribus testimonijs cōprobetur.
 ¶ Quintum quod in veteri testamē
 to nos sanctificabat erat ignis. sic em̄ dicit
 numeri. Quod potest transire p. flammās

igne purgabitur. Per hunc ignem intelligim⁹
 caritatem sine qua omnis sanctificatio pri⁹
 habita nihil valet que conuenienter ignis
 dicitur. quia ab igne de⁹ denominat. sic. n.
 deuter. dicitur Deus ignis consumens est
 et ideo flama ex p̄ntia huius diuini ignis in
 animam transiens ignis silit nominat. de
 hoc igne dicitur Leui. Ignis in altari meo
 semper ardebit et iterum. Ignis iste debet
 esse perpetuus signans caritatem que in al
 tari cordis nostri hic debet incipere et ineter
 num nunquam extingui. De hoc igne qui
 caritas est tria maxima bona nobis proue
 niunt quibus maiora non sunt in celo et in
 terra. Per eam enim habemus vitam qua
 nihil magis diligitur super terrā. hinc ber.
 Ultra cordis amor est et id circo oīno impossi
 bile est vt sine amore sit cor quod viuere cu
 pit. Secundo per amorem omnia que sūt
 nobis proueniunt ad salutem et hoc est quod
 ait ap̄ls. Scimus qm̄ diligentes deum
 omnia cooperantur in bonum. Tertio p̄ amo
 rem deum qui est oīm beatorum thesaurus
 habemus. qui per fidem que per dilectionē
 operatur habitat in cordibus nostris. Ser
 tum ad sanctificationem faciens tam in ve
 teri testamento q̄m in nouo sunt verba. vnde
 ad sensum videmus q̄ omnia ad cultum di
 uinum necessaria verbis et benedictionibus
 consecrantur. Sunt autē duo genera verbo
 rum. scilicet verba dei et nostra. per verba dei intel
 liguntur benedictiones. per verba vero n̄ra
 orationes. de quibus benedictionibus dicit
 deuter. xliij. Si audieris vocem domini
 dei tui vt facias atq; custodias mādata que
 ego precipio tibi hodie. venient super te vni
 uerse benedictiones iste etc. de verbis vero
 nostris scilicet orationibus etiā alijs sermonib⁹
 copiosa materia inuenitur. **XCVIII.**

De eodem sermo tertius.

Gloria hec est
 omnibus sanctis eius ps. Di
 bern. Non parum fructuosa in
 uenitur memoria sanctorū oīm quorum ho
 die gaudia celebramus que languorem te
 porum errorem depellit. languorem cū eoz
 intercessione nostra infirmitas adiuuet. et

porum cum et consideratione beatitudinis
 eorum nostra negligētia exciretur. Errorem
 cum de eorum exemplis nostra ignorantia
 informetur. et quia tantum fructum ex eis
 sequimur expedit ne ingrati tudinem incur
 ramus vt ex omni corde viceversa eius lau
 dem et gloriam referamus et hoc est qd̄ mo
 nemur in verbis propositis cui⁹ dicitur Glo
 ria hec est omnibus sanctis eius. ac si dicat
 quia in singulis festis nos singulis sanctis
 gloriam exhibemus. ideo gloria quā in hoc
 festo colimus. non vni non paucis non ml
 tis sed debetur omnibus sanctis dei. **¶**
 Est autē triplex gloria ad quam exhibendam
 debemus nos omni deuotione qua possu
 mus exercere. scilicet admirationis. venerationis.
 imitationis. Prima debetur deo. secunda
 sanctis. tertia nobis. Prima est mentalis
 secunda vocalis. tertia realis. Prima ergo
 gloria scilicet admirationis in hoc festo ante oīa
 dñō est offerēda. qm̄ in oīm primordijs nos
 nominare laudare glorificare condecet eum
 qui cunctos condidit sanctos. per quez oīa
 facta sunt per quem cuncta subsistunt ele
 menta. cui tunc suam gloriam exoluimus
 cum eum in sanctis suis laudamus. laudā
 do admiramur eius potentiam sapientiam
 clementiam. qua potuit sciuit voluit tam vi
 les vermiculos de stercore et puluere. p̄ crea
 tos in tam excellentem gloriam sublimare.
 dicentes intimo admirationis affectu illud
 Ro. ij. Non est sanctus vt est dñs et nō est
 fortis sicut deus noster qui suscitāt de pul
 uere egenum et de stercore erigit pauperem
 vt sedeat cum principibus scilicet cum angeli
 cis spiribus et solium glorie teneat. Quā
 gloriam tunc deo verissime exoluimus cum
 in admiratione eius laudis deficiamus. cum
 affectus admirationis preualens non inue
 nit verba congrua per que possit exprimere
 quod miratur dicentes illud. Ecclesi. xliij.
 Multa dicimus et deficiamus verbis. consu
 matio autē sermonum ipse est in omnib⁹ glo
 riantes ad quid valebim⁹. ipse enim om̄ps
 est super omnia opera eius. terribilis domi
 nus et magnus vehementer. et mirabilis po
 tentia ipsius. ad talem gloriam deo exhiben
 dam hortamur ibidem cū statim subiūgūt.

Tripz gloria